

76

Merito etiam virtutum omnium matrem multam  
frugalitatem esse dixerunt. quibus consensit  
Cicilius. etiam in populari oratione ait. Ut volet  
quisque accipiat. ego tamen frugalitatem id est  
modestiam et temperantiam virtutum esse maximam  
iudico. prius doctissime ac doctissime. Conside-  
rauit enim frugem idem quod esse diximus: cui est  
non esse contrarium. sed propter vulgarem loquen-  
di consuetudinem qua frugalitas quasi parci-  
moma dici solet. duobus consequentibus quid sen-  
serit illustrauit. subiiciendo modestiam et temperan-  
tiam. et haec duo verba diligentius attendamus  
Modestia utique dicta est a modo et a temperie  
temperantia. ubi autem modus est atque temperies: nec  
plus est quicquam nec minus. Ipsa est igitur pleni-  
tudo quam egestati contrariam posueramus mul-  
to melius quam si abundantiam ponemus. In abun-  
dantia enim intelligitur affluentia: et quasi rei mi-  
nimum exuberantis effusio. quod cum euenit ultra quam  
satis est. etiam ibi desideratur modus et res que  
nimia est modo eget. ergo nec ab ipsa redundan-  
tia egestas aliena est. A modo autem etiam et plus  
minusque aliena sunt. Ipsam enim opulentiam si dis-  
scuas. inuenies eam nihil aliud tenere quam modum  
Nam non nisi ab ope dicta est opulencia. Quod  
autem opulenciae quod minimum est: cum incommodius sit  
sepe quam paupertas. Quicquid igitur vel paupertas. vel minimum est